

dicti, saepiuscule locis supra §. 2. citatis, promissi; Metaphorā
ab iis sumptā, qvi gestu & motibus exultantium ostendunt,
se maximōperē aliquid desiderare atqve optare. Qvomodo
& Maria mater Christi in hymno suo: ἡγαλλιασε, inquit,
h. e. exultavit Spiritus meus in DÉO salutari meo, Luc. I. 47.
& Johannes adhuc Sp̄t̄ Ph̄os επ̄ τὴν καλήν την αγαλλιάσεων in exultatione
subfiliit ibid. v. 44. Ut adeo αγαλλιάσεως Abrahāmi, non i-
psum sit gaudium, qvod visionem diei Christi est consecu-
tum, sed exultans desiderium l̄etabilis thesauri, qvod visio-
nem antecessit. *concedenda nō cōndūt mūltū tūp.* .d. HVX

§. 2. Ceterum hic quæritur, an non aliquod antece-
dentiſ hujus exultationis vel desiderii vestigium in historia
Abrahāmi à Mose descripta extet? Nobis ergo responsuris
hic adduxisse locum sufficiat Gen. XVII. 17. ubi Moses de A-
braham post auditum DEI de mutando Conjugis ejus no-
mine mandatum, & postadditum de Filio ex Sarah suscipi-
endo & gentibus Regibusq; ex eadem oriundis promissi
hæc recenset: **אַבְרָהָם עַל פְנֵיו וַיַּצְחַק** Et procidit A-
braham super faciem suam & risit h. e. gavisus est. Ita enim
Lutherus ipse in enarr. Gen. XVII. fol. 92. verba interpreta-
tur: ridet, inquit, & letatur Abrahamus, ac postea ex hoc ipso
risu & hoc spirituali & ineffabili gaudio inditur nomen Filio.
Qvomodo etiam Rad. **צָחַק** de gaudio s. congratulatione ac-
cipitur Gen. XXI. 6. ubi Sarah filium **רִצְחָק** s. Isaacum ab
hac ipsa Radice **צָחַק** ita appellatum, felicissimè enixa dicit:
לֹא אֶרְחַיְתִּי כִּל הַשְׁמָעָה עֲשָׂת לִי יְצָחָק h. e. Risum
fecit mihi DÉUS, omnis qui audiverit, ridebit mihi h. e. gau-
debit mecum vel exultabit mecum, vel congratulabitur
mihi. Hunc igitur Abrahāmi gestum risumq; exultationis
hujus, s. exultantis desiderii argumentum signumve fuisse,
sic satis probabile videtur. Suffragatur nobis D. Lyserus
in Trifolio Religionis V. T. §. 19. ubi dicit: **Sicut Abraha-
mus ex fide ante diem Christi cum aliis Prophetis Luc. X. 24.** vi-
dere